



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 11. Comitum responsa ad hæc crimina ipsis objecta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI.  
A. C. 1568.

dum tamen potius omnes vires, ut Protestantium ad seditionem tantopere precivium rabiem, & furorem reprimeret, adhibere debuisset. Denique utriusque improprium, quod Fœderatis, Consistorialibus, mercatoribusque patronos sese præstitissent, polliciti iis operam, vitamque suam, necnon Tenebramundæ consilia: de intercludendo Regi aditu in Belgium agitaissent, ac sæpe huiusmodi Conventibus interfuissent, insuper redarguebantur, quod Geusiis templorum populatoribus, a Flandria Egmontii provincia conomarchiam exoritis, non obstitissent, etiam innumera perpetrassent sacrilegia. Cetera accusationum capita silentio involvam, cum omnia in mox relata reincidente videantur.

§. XI.

*Comitum responsa ad hæc crimina  
ipsis objecta.*

*Strada l. 7.* Ex his Procurator concludebat, ob hæc legitime objecta, probataque crimina, jure in Egmontium, Hornanumque, ut in Majestatis reos, pronuntiandam esse sententiam, eosque fortunis, & capite plectendos. Ad hæc autem Egmontius, atque Hornanus siquidem par erat ferme amborum causa, hunc in modum perorabant: præ-

primis

primis declaramus, quod nostræ nobilitati nullum exinde præjudicium enascatur, et si nos, qui legitimum Ordinis aurei Velleris Judicem tantummodo Regem haberemus cum ceteris ejusdem Collegii Equitibus, nunc aliis de nostra agendi ratione respondere cogamur. Postea plura a se facta pernegabant, multaque interpretabantur: aliqua tamen non abnuent, sed jure patrata confirmabant: præcipue vero agitatum a se fuisse consilium de mutando Belgii Principe, constanter inficiati sunt: insuper Hornanus Comes etiam querimonias desuper addidit, veluti hac accusatione graviter offensus: de intercludendo autem Hispanis aditu in Belgium non negabat Egmontius in Tenebramundano congressu dictum aliquid fuisse a Ludovico Nassovio, dissentientibus tamen ceteris id factum aiebat: porro quatenus, & sub quibus conditionibus cum fœderatis nobilibus egerint, ambo explicabant, conjuratis, iconomachis, atque hæreticis a se aliqua permessa, sed necessitate, ac bono Religionis, quam in Flandria, cum ibi ultra sexaginta hominum millia conciones armati adirent, iidem absque dubio extinxissent, nisi eis aliquid indultum esset, ut templis Catholicis erepta restituerent. Denique ad singula

R 3

ordine

Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

Sæcul. XVI. ordine suo accusationum capita respon-  
A. C. 1568 debant, id tamen sigillatim recensere  
 nimis prolixum foret, cum sola Comi-  
 tis Hornii responsio sexaginta articulos  
 contineat.

## §. XII.

*Sententia capitis in utrumque pronun-  
tiata.*

*Strada l. 7.* **R**eferunt nonnulli, quod Albæ Dux  
*Grotius de* præter odium, quo in Belgas fla-  
*rebus Belg.* grabat, privatam quoque invidiam fo-  
*l. 2.* verit contra Egmontium Comitem, eo-  
*Thuan l. 43.* quod is illum meritorum præstantia su-  
*Spond hoc* peraret, ac Dux offensus esset applau-  
*anno n. 9.* su, quo ubique populus Comitis inno-  
 centiam jactitabat, omneque malum  
 in Hispanos rejiciebat. Verum utut  
 res se habuerit, id sat compertum ha-  
 betur, quod in Egmontium, atque Hor-  
 nanum, Gandavo Bruxellas tertio No-  
 nas Junii advectos, ab Albano Duce  
 duodecim-viralis Concilii supremo, de-  
 legata ipsi peculiari, atque iterato a Rege  
 concessa facultate, quam in torquatos  
 equites exerceret, capitis sententia Re-  
 gis nomine pronuntiata, atque uter-  
 que capite plecti jussus sit: lata au-  
 tem hac sententia Egmontius Comes  
 ita perorabat: „non putabam quidem,  
 „me anteaçta vita de regia Majestate  
 „tam male meritum esse, ut tam se-  
 „vera